



Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola CXXXIV. Ioannis Papae VIII. Ad Romanvm Electvm Archiepiscopvm Ravennatem. Laetatur eum Rauennatem archiepiscopum electum. iubet ne quidquam electionis causa vlli promittat: & epistolam suam ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

EPISTOLA CXXXIV.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD ROMANVM ELECTVM ARCHIEPISCOPVM
RAVENNATEM.

Lætatur eum Rauennatem archiepiscopum electum. iubet ne quidquam electionis causa vlli promittat: & epistolam suam Leoni, & Romanis scriptam afferendam curet, eorumque responsum ad se dirigat. res Ioannis & Deusdedit ducum restituat.

Romano Leuitæ egregio a Rauennatibus fidelibus nostris electo.

LIITERARVM tuarum, fili carissime, serie recepta & lecta, ybi Ioannem Rauennatem archiepiscopum obiisse audiuiimus, valde doluimus, & vt pro eo oretis cum vestris, hortamur. Vestra videlicet electione vnamiter facta gaudemus, & quia nos visitando misisti, significans sanitatem nostrorum fidelium, tuamque deuotionem demonstrans, gratias agimus. Ceterum monentes indicimus, vt iam qui annuente pastore summo, ad tale opus electus es, quo pastor fias, vigiles in eadem ecclesia, labores, nullique maiori minorique tam conciuibus, quamque aliis quibuscumque personis aliquod promissum facias, quoniam Simoniacum est, & hoc nobis nequaquam celabitur; quod si feceris, per apostolos obtestantes, te minime benedicemus. Inter haec volumus, vt istam epistolam Leoni venerabili misso episcopo & apocrisiario, ceteris Romanis transmissam, ipsis praesentialiter per vestrum legatum transmittatis, eumdemque reuertentem, si potes saltim, aut alium cum illorum epistolis ad nos* dilecte, remitte, qui nostrum aduentum certum iam vobis renuntiare poterit. Igitur etiam cupimus, vt pro amore horum nostrorum fidelium, nostrorumque consiliariorum Deusdedit videlicet, & Ioannis gloriosorum ducum res pro posse, & homines saluetis, & defendatis, occupatas hactenus integriter reddatis: quatenus cuius vtuntur seruitio, ei conuenit, vt fruantur defensionis auxilio. Data vt supra.